Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31238
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>



Cxxij

122

uno uiuilace deo iacob. Collecta.
Deus qui nobis in sacramento
mirabili passionis tue
memoriam reliquisti, tribue
qs. ita nos corporis et sangu-
inis tui sacra mysteria uenera-
ri, ut redemptionis tue fructum
nobis iugiter sentiamus. Qui
tecum. Lectio. Ego enim accepi. sicut in
epistola. Communicantes. et hunc
diem. Non iudicas corpus domini. Gradale.
Omnium oculi in te sperant domine et tu
das illis escam in tempore opportuno. V.
Aperis tu manum tuam et impleres omne
animal benedictione. Alleluia. Vers. Caro
mea uere est cibus et sanguis meus
uere est potus qui manducat meam
carnem et bibit meum sanguinem in
me manet et ego in eo. Sequentia.
Laudes salutis laudemus salutem
laudemus deum et pastorem in hymnis
et canticis. Quantum potes tantum
aude quia maior omni laude nec laudare
sufficis. Laudis thema specialis panis uiuus et uitalis ho-
die proponitur. Quem in sacre mensa
cenae turbae fratrum duodecim datum
non ambiguum. Sit laus plena sit
sonora sit iucunda sit decora mentis
nostre iubilatio. Dies enim solemnis
agitur in qua mensae prima recolitur hu-
ius institutio. In hac mensa no-
ui regis nouum pascha nouae legis
phase uetus terminat. Vetustatem
nouitas umbram fugat ueritas
noctem lux eliminat. Quod in cena
christus gessit faciendum hoc expres-
sit in sui memoriam. Doctus sacris
institutis panem uinum in salutis
consecrant hostiam. Dogma datur
christianis quod in carnem transit pa-
nis et uinum in sanguinem. Quod
non capis quod non uides animosa
firmat fides praeter rerum ordinem.
Sub diuersis speciebus signis tan-
tum et non rebus latent res eximie.
Caro cibus sanguis potus manet
tamen christus totus sub utraque spe-
cie. Fracto demum sacramento ne
timeas mansisse totum sub fragmento
quantum totum tegit. Nulla rei fit scissura
signi tui fit fractura qua nec status
nec statura signati minuitur. Ecce
panis angelorum factus cibus viatorum
uere panis filiorum non mittendus canibus. Tipis figu-
ratur in ysaac immolatur agnus pa-
scae deputatur manna patribus
Bone pastor panis uere iesu nostri
miserere nostri nos pasce nos tuere
tu nos bona fac uidere in terra u-